VSVARDI MARTYROLOGIVM,

QVO ROMANA ECCLESIA AC permultæ aliæ vtuntur: iuſſu Caroli Magni conſcriptum ex Martyrologiis Euſebij, Hieronymi, Bedæ, & Flori, ac aliunde.

Cum additionibus ex Martyr. Rom. Eccleſiæ, & aliarum, potiſſimum Germaniæ inferioris: Et metrico Martyrologio VVandelberti Prumienſis.

Et Annotationibus, in quibus voces aliquot obſcuræ explicantur, & quid probati authores de Sanctorum vita ac martyrio conſcripſerint, copioſè inſinuatur.

Operâ IOANNIS MOLANI Louanienſis.

LOVANII,

Apud Hieronymum VVellæum, Sub ſigno Diamantis, Anno 1568.

Cum Priuilegio Reg. ad Sexennium.

Digitized by Google

Bartholomæus nonam exornat, retinetq; beatus,
India quo doctore Dei cognouit honorem
Herculis & Bacchi inſanis vix erutà ſacris.
Hunc illum fama eſt varia pro ſorte ſepulchri,
Æoliam, Liparē, Beneuenti & templa tenere.
Tū quoq; Geneſio reſplendet martyre Roma.
Audoenum tumq; pium Rothomagus honorat,

SAncti Bartholomæi 1 apoſtoli, qui apud Indiam Chriſti euangelium prædicans, b *viuens à barbaris decoriatus eſt, atque iuſſu regis Aſtiagis,* decollatione martyrium compleuit. Huius apoſtoli ſacratiſsimum corpus primum ad inſulam Liparis, deinde Beneuentum tranſlatum, pia fidelium veneratione honoratur. Eodem die apud Carthaginem trecētorum martyrum, qui paſsi ſunt tempore Valeriani & Galieni. Denique poſt ſupplicia ſibi illata, Chriſtum Dei filium Deū fatētes, in clibanum calcis accenſum demerſi ſunt. Ex * quo etiam cādidatus ille exercitus beatorum, maſſa candida meruit nuncupari. q *In quorum laudibus extant homiliæ * ſancti Auguſtini epiſcopi.* Ciuitate Rothomago, ſancti Audoeni epiſcopi & confeſſoris, qui ſeculum ſalubriter deſpiciēs, ſanctitatis merito, epiſcopi adeptus eſt honorem. Niuernis, ſancti Patricij abbatis. f *In pago Cenomanico S. Rigomari confeſſoris.*

Idem Prudentius hymno 13 *vna teſte Poſsidio: quā Vrbinas citat in mil. Auguſt. De Audoeno Annonius de geſtis Frā. li.4.c.41.

ANN. 1 De feſtiuitate Bartholomæi apoſtoli, de cuius celebratione dubietas oritur apud quoſdam conſuetudinem tuæ regionis obſerues, Innocentius iii. de obſeru. ieiuniorum Cap. Conſilium noſtrum. Memi-

nerunt

Digitized by Google

nerunt autem Bartholomæi Dion. Areopagita de myſtica theologia cap.1. Euſebius lib.3 hiſt.cap.1. & lib.5. cap. 10. Iſidorus de vita & obitu ſanctorum cap. 77. Greg. Turonenſis de gloria martyrum cap 33. Additio ad Hier. de viris illuſtribus cap. 7. & inter recentiores Georgius Vuicelius in hagiologio. Simeon Metaphraſtes addit Ioſephum quendam. Vincentius lib. 10. ſpeculi c.87. citat quendam de tranſlatione eius ad Lipparim, quam ſcripſit Theodorus ſacerdos apud Conſtantinopolim temporibus Adriani & Leonis Romanorũ pontificum. Quem Anaſtaſius ſedis apoſtolicæ bibliothecarius de Græco tranſtulit. De paſsione autem eius quæ incipit Indiæ tres: præclare ſcripſit Radulphus de Riuo ab hinc annis fere ducentis. Paſsiones ſanctorum Bartholomæi, Mathæi, Simonis & Iudæ, quas ſub quadam deuotione indiſcreta colligunt ſacerdotes, periculosè in officio diuino leguntur. De canonum obſeruantia propoſit.11. Contra eaſdem habeo MS. cenſuram D.Io.Heſſels.

Impreſſæ ſunt in Pſeudo-Abdia.

F viij. Cal. Sept. 25

Octaua hinc Arelas celebrat te ſancte Geneſi.

ROmæ natalis ſanctorum martyrum Euſebij, Pontiani, Vincentij & Peregrini, ſub Cõmodo imperatore, qui primo in equuleũ leuati neruis quoque diſtenti, ac deinde fuſtibus cęſi ſunt, flammis circa latera eorũ appoſitis: ſed dum in laude Chriſti fideliſsimi permanerent, plumbatis vſque ad emiſsionem ſpiritus mactati ſunt. Itẽ Romę S. Geneſii martyris tempore Diocletiani Auguſti, qui b *fuit primũ ſub gentilitate mimus, Thymelicæ* 1. *artis magiſter:* a *& rerũ humanarum imitator. Et quadã die cũ vellet Diocletianus Imperator de myſterijs Chriſtianæ obſeruãtiæ ludũ exhiberi: et huius rei gratia ſpectãte imperatore & omni populo,*

De quib9 lati9 Ado: & geſta eorum in ſpec. Vincẽ l.11. ca. 119. & 4. ſeqq.

Digitized by Google